FRANCISCI

POLAE IVRISC.

VIRGILIO CENTO.

De D. Francisco Seraphico.



Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Gal. VI. 15

VENETIIS,

Apud Dominicum de Imbertis.
M. DC. V.

Digitized by Google

Digitized by Google

PERILLVSTRI

FERDINANDO

NOGAROLAE COMITI

MEDIOLANVM.

EQuidem, cùm hunc ipsum de D. Francisco Seraphico Tutelari meo cẽtonem, quem sex ab hinc mensibus, dùm mihi per ferias vindemiales licuit rusticari, ad patruelem religiosissimum conscripsi, edere decreuissem, illud à primo cogitaui, mecùm perhonorificè actum iri, si eius fronti mirifica tui nobilissimi nominis auctoritas præfigeretur, inibique non obscurum constantis meæ ergà te obseruantiæ argumentum exprimeretur. Planè illa, quæ à priscis, generosisque natalibus, à patria, à patre fortissimo, à tuis præcellentibus animi virtutibus amplissima est, mihi summa esse debebat, & maximè exoptanda; quippè quam magno mihi, carminique meo futuram esse ornamento, certus ipse sperabam: hanc uerò tibi, mortalium humanissimo, minimè

Digitized by Google

iniucundam fore confidebam, quam, Patauij olim ex honesta literaria consuetudine progenitam, ità imis ipse semper colui sensibus, vt adhuc viuidè efflorescat, & fructus præstare possit vberrimos, si quà persuaui, fertilique tuarum iussionum afflatu excitetur. Tu igitur ingenuam hanc animi mei significationem perhumanus, & gratè hilaris excipe, foue, defende: si quà opus, quod vbique maximum. Vale. Veronæ XII. Kal. Iun. M. DC. V.

Fr. Pola Iurisc.

Digitized by Google

IN CONSPECTV ANGElorum psallam tibi.

Psal. CXXXVIII.

3. x. AVGVRIIS agimur Diuum: dicemus honorem 2. G.
x. x. Cœlicolæ magno, quem, non virtutis egentem, xj. x.
6. x. Iuppiter, atque ardens euexit ad æthera flamma; x. x.
6. x. Quemque Sacerdotes casti per amœna piorum 5. x.
Concilia, ELISIVMque colit; sublime columnis 7. x.
xj. x. Corpus vbi exanimi positum, centumque Sabæo 1. x.
Thure calent aræ, sertisque recentibus halant:
6. x. Obseruans quæ SIGNA ferat, spirantia SIGNA 3. G.
xj. x. CONFIXI NATI, (monstrantem vulnera cerno) 6. x.
1. G. Hunc canere incipiam, cœloque educere certem 6. x.
1. x. Insignem pietate virum, sanctum mihi numen, 8. x.
2. Ecl. Delitias Domini, carum omnipotentis alumnum; 6. x.
6. x. Continuòque meo nomen de nomine fingam: 3. x.
3. G. Ergò omni studio votum immortale sacrabo 8. x.
2. G. Carminibus patrijs, cithara, fidibusque canoris. 6. x.
9. Ecl. Huc ades, ò hominū, Diuumq; interpres ASISAS, x. x.
2. G. O Decus, ò famæ meritò pars maxima Cœli, 6. x.
4. x. Adsis ò, placidusque iuues, & viuidus VMBER 12. x.
1. x. Sis felix, nostrumq; iuues quemcùmquè laborem,
8. x. Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
5. x. Iamq; dies, ni fallor, adest, quem semper honestū, 2. G.
5. x. Semper honoratum nullo discrimine habebo: x. x.

Eccè

8. æ. Eccè autem breuiorque dies, & mollior æſtas, 1. G.
1. G. Scorpius & cœli iuſta plus parte refulget; 8. æ.
5. æ. Expectata dies aderit iàm lumine quarto, 6. æ.
2. G. In qua relliquias, diuiniq; oſſa parentis 5. æ.
Condidimus terra, ſtellantis regia Cœli 7. æ.
Accępit, numerum & Diuorum altaribus auxit:
4. Ecl. Aſpice, ventura lætentur vt omnia luce,
8. æ. Dicetur nobis, & erit quæ maxima ſemper:
8. Ecl. Naſcere, præque diem veniens age lucifer almum;
5. æ. Hunc ego Getulis agerem ſi Syrtibus exul,
Extrà anni, Soliſq; vias, pictoſq; Gelonos, 2. G.
2. G. Eoaſq; domos Arabum, & deſerta Getarum: 3. G.
5. æ. Annua vota tamen, ſolenneſq; ordine pompas
Exequerer, ſtruerémq; ſuis altaria donis: xj. æ.
3. G. Tempore non alio ſolennes ducere pompas 3. G.
Ad delubra iuuat: procul ò procul eſte prophani: 6. æ.
6. æ. Nunc hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit; 6. æ.
5. æ. Ergò agite, & cuncti lætum celebremus honorem:
8. æ. Populeis adſint euincti tempora ramis
8. æ. Omnibus in templis, incenſa altaria circùm, 8. æ.
8. æ. Hic iuuenũ chorus, ille ſenum, qui, carmine laudes,
6. æ. Fataq;, fortunamq; viri, moreſq;, genuſque x. æ.
9. Ecl. Cantantes, ſublimè ferant ad ſydera Cœli. 2. G.
6. æ. Egregium forma iuuenem genuere parentes, 1. æ.
7. æ. Qui componere opes norant, & parcere parto, 8. æ.
3. æ. Et qui diuitijs ſolùm incubuere repertis: 6. æ.
xj. æ. Ille autem, dùm frõs tenera, imprudenſq; laborum, 2. G.
2. G. Principiò patrias tentauit lubricus artes, 12. æ.
1. æ. Auſus & ignoto ſe ſe committere ponto, 3. G.

Omnia

Digitized by Google

8. æ. Omnia peruolitat latè loca, & omnia verſat; 9. Ecl.
2. G. Tantus amor terræ eſt, & amor ſucceſſit habendi. 8. æ.
4. æ. Quem ſimul ac tali, perſenſit, peſte teneri,
5. æ. Iuppiter omnipotens, animum labefactus amore, 4. æ.
1. G. Se iuueni antè oculos hiſce cùm vocibus offert: 7. æ.
4. æ. Quid ſtruis? aut qua ſpe noctemq;, diemq; fatigas 8. æ.
5. æ. Oblitus decoriſq; tui, ingratuſque ſalutis? x. æ.
5. æ. Quò diuerſus abis? quæ te dementia cœpit? 2. Ecl
x. æ. Fallis te incautum; ſpem turbidus hauris inanem; x. æ.
4. æ. Nec, quæ circumſtent te deinde pericula, cernis,
1. G. Ni refugis, tenueſq; piget cognoſcere curas
5. æ. Præſentis terræ, ac argenti, aurique talenta: 5. æ.
1. G. Si te digna manet diuini gloria regni, 9. æ.
5. Ecl. Deſine plura puer; cuſtodi, & conſule longè; 9. æ.
8. æ. Egredere ò certis dimenſum partibus orbem, 1. G.
5. æ. Mille vijs textum cæcis iter, ancipitemque 5. æ.
2. G. Tellurem; exhalat nebulas, fumoſq; volucres; 2. G.
9. æ. Rumpe moras omnes: breue, & irreparabile tempus x. æ.
Omnibus eſt vitæ; fugit irreparabile tempus, 3. G.
Singula dùm captus circùmuectaris amore;
8. æ. Aude hoſpes contemnere opes, & te quoq; dignum
Finge Deo; ſolare inopes, ſuccurre relictis: 9. æ.
6. æ. Tu, nè cede malis, dubijs nè defice rebus; 6. æ.
2. æ. Nuſquàm abero, & tutum patrio te limite ſiſtam;
4. Ecl. Mutabis merces, cœloq; inuectus aperto 1. æ.
5. Ecl. Candidus inſuetum mirabere limen Olympi:
8. æ. Hic tibi certa domus, requies ea certa laborum. 8. æ.
8. æ. Iamq; tibi (nè uana habeat fiducia rerum) xj. æ.
3. æ. Signa tibi dicam: perfecto temporis orbe 6. æ.

SIGNA

Digitized by Google

1.G. SIGNA dabo, ſolum certiſſima SIGNA ſequentur,
1.x. Vulneraq; illa geres, quæ circùm plurima muros
Accæpi patrios, diuini SIGNA decoris; 5.x.
6.Ecl. Iàmque nouũ terrę ſtupeāt luceſcere SANCTVM 8.x. 11.x.
6.x. Omnes Cœlicolæ. Sic Iuppiter ipſe monebat; 7.x.
6.x. Scilicet id magnum ſperans fore munus amanti:
4.x. His dictis incenſum animum inflammauit amore
3.G. Æthereo; conuerſi animi, compreſſus & omnis 2.x.
Impetus, & uiuo tentat præuertere amore 1.x.
Iampridem reſides animos, deſuetaque corda.
12.x. Ille humilis, auidis ubi ſubdita flamma medullis, 3.G.
5.x. Talibus incenſus dictis, formidine preſſus 3.x.
Obſtupuit; ſupplexq; oculos, dextramq; precantem 12.x.
Protendens; equidem merui, nec deprecor, inquit, 2.x.
4.x. O pater, ò hominum, Diuumq; æterna poteſtas,
2.x. Vltrices flammas, & ad impia Tartara mitti: 6.x.
7.x. Sed tu, magne Pater Diuum, miſerere, tuamque 9.x.
x.x. Te precor hanc animam ſerues, miſerere precantis; x.x.
6.x. Eripe me his inuicte malis: ſequor omina tanta: 9.x.
8.x. Accipio, agnoſcoque libens cœleſtia dona; 4.G.
9.x. Et hic, eſt animus lucis contemptor, & altum 1.G.
9.x. Qui uita benè credat emi, quò tendis, Olympum; 1.G.
x.Ecl. Certum eſt in ſyluis, inter ſpelæa, malorum 9.x.
Velle fugam latè, ſub te tolerare magiſtro 8.x.
1.x. Omnem pauperiem, & duros perferre labores; 6.x.
2.x. Nec tanta quicquam pro ſpe tentare recuſem. xj.x.
5.x. Quod ſupereſt, tua me, Genitor, tua triſtis IMAGO 6.x.
Sæpius occurrat: an ſit mihi gratior ulla? 5.x.
5.x. Nec tantis mora prodigijs, nunc tempus agi res. 5.x.
Sic

Digitized by Google

9.æ. Sic ait: & duplicem ex humeris reiecit amictum, 5.æ.
x.æ. Et tunicam, molli mater quam neuerat auro,
7.æ. Atq; omnem ornatum, atq; argenti pondus, & auri 1.æ.
1.G. Subiecit pedibus; tunicaq; inducitur artus 8.æ.
7.æ. Terribili impexa seta; ac angustus in ipso 2.G.
Fit nodus sinu; circùmdat uincula plantis; 8.æ.
4.G. Ille comam mollem iàm tùm tondebat in orbem. 1.G.
3.G. Præthereà mœsto defixus lumine vultu 6.æ.
Incedit, linquens aulas, & limina Regum: 2.G.
2.G. Illum non populi fasces, non purpura Regum,
2.G. Non res Romanæ, laudumue arrecta cupido 5.æ.
2.G. Flexit, non miseri possunt reuocare parentes: 3.G.
2.G. Flumina amat, syluasq; inglorius, inuia lustra, x.æ.
1.Ecl. Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
1.Ecl. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi;
3.G. Pocula sunt fontes; ventos perpessus, & imbres, 9.æ.
2.G. Et patiens operum, viridi proiectus in antro 1.Ecl.
1.Ecl. Sæpè iacet pernox instrato saxa cubili, 3.G.
3.G. Quò minus est illi curæ mortalis egestas:
8.æ. Vt Venerem, & cœci stimulos auertat amoris, 3.G.
4.G. Cœsariem immundo perfusam puluere turpans, 12.æ.
5.æ. Multa cauo lateri ingeminat, & pectore vastos
[illegible] Dat sonitus, atro liquuntur sanguine guttæ: 3.æ.
2.Ecl. Mollia purpureus quondam color ossa reliquit, 4.æ.
3.G. Deformat macies, morbo, illuuieque peresa, 4.G.
8.Ecl. Hirsutumque supercilium, promissaq; barba;
5.æ. Sanguis hebet, frigentque effetæ in corpore vires,
5.æ. Afflictus vitamq; extrema per omnia ducit. 3.G.
5.æ. Extemplò Socios, lætam cognomine gentem, 3.æ.

B Præ-

8. æ. Præstantes virtute legit Laurentibus agris; xj. æ.
5. æ. Et Iouis imperium, & cari præcepta parentis
Edocet; & voluens fatorum arcana mouebat; 1. æ.
2. æ. Exorat pacem Diuum, lenire dolentes 4. æ.
Solando cupit, & dictis auertere curas,
2. æ. Auxilioque leuare viros in rebus egenis: 6. æ.
4. G. Si verò tristi languebant corpora morbo; 4. G.
4. G. Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor
Membra sequebatur; tùm membra fluentia tabo 3. æ.
3. æ. Prensa manu amplexus, atque oscula dulcia figit. 1. æ.
3. æ. Ille, inter densas, vmbrosa cacumina, fagos, 2. Ecl.
11. æ. Si quandò lethum horrificum, & venerabile lignum 12. æ.
2. æ. CONFIXI, ipse suo tristi cùm corde volutet, 6. æ.
12. æ. ET CHRISTVM aduersū, nō digna morte peremptū 6. æ.
8. æ. Complexu teneat, lacrymis implerit obortis, 4. æ.
1. æ. Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo;
x. æ. Hoc solamen erat; clauosque affixus, & hærens 5. æ.
Nusquam amittebat, oculosq; sub astra tenebat,
1. æ. Lætitia, metuq; auidus coniungere mortem: 6. æ.
7. æ. Odit & ipse pater Pluton, odere sorores
Tartareæ: illudunt species, atque ora ferarum; 4. G.
2. G. Eccè inimicus atrox formas se vertit in omnes, 4. G.
4. G. Cum clamore ruit magno ceruice Leæna, 4. G.
4. G. Squammosusq; Draco, flammisq; armata Chimera, 6. æ.
1. æ. Virginis os, habitumq; gerens furialia membra 7. æ.
Exuit, inspirans ignem, fallensq; veneno: 1. æ.
4. G. Verùm vbi nulla fugam reperit fallacia, victus
3. G. Multà gemens ignominiam, plagasq; superbi
Victoris, se se oculis auertit, & aufert: 4. æ.

Nec

Digitized by Google

6.z. Nec mortale sonat, afflatus numine quandò
Iàm propiore Dei; tacitus ventura videbat, 2.z.
3.G. Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur,
6.z. Omnia percæpit, cœli cui sydera parent, x.z.
Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes;
4.G. Corda licet longè præsciscere; Iuppiter ipse x.z.
1.z. Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos,
2.z. Sistere aquam fluuijs, & vertere sydera retrò:
7.z. Corpora multa virum, atq; animas ille euocat Orco, 4.z.
6.z. Impositosq; rogis iuuenes ante ora parentum:
7.z. Hinc Italæ gentes, omnisq; Oenotria tellus
In dubijs responsa petunt; oracula poscunt. 3.z.
xj.z. At, non hęc nullis, hominum, rerumq; repertor, 12.z.
Obseruans oculis, summo sedet altus Olympo,
1.z. Atque illum, tales iactantem pectore curas,
1.z. Omnibus exhaustum iam casibus, omnium egenũ
5.z. Conspicit, extremo ni iàm sub fine laborum 4.G.
2.z. Persoluat grates, promisso munere donet: 5.z.
1.z. Ergò his Aligerum dictis affatur amicis: 1.z.
2.z. Haud ignota loquor; scis ipse, & scire fateris, 12.z.
3.z. Relligio, & cuncti suaserunt, numina, Diui,
4.G. Hunc iuuenem in latebris auersum à lumine Mũdi, 1.G.
12.z. Deberi cœlo, superasq; euadere ad auras; 6.z.
4.z. Vade age, nate, uoca zephyros, & labere pennis,
5.z. Hoc iuuenem egregium præstanti munere dona,
8.z. SIGNAque ferre iube, sæui monimenta doloris, 11.z.
9.z. Spiramenta animæ, monimentũ, & pignus amoris. 5.z.
4.G. Protinus ille patris magni parere parabat 4.z.
Imperio, terrasq; inter cælumq; volabat: x.z.

Digitized by Google

9.æ. Iam Sole infuso, iàm rebus luce retectis
1.æ. Scindit se nubes, & in æthre exultat IMAGO 1.æ.
3.æ. Calicolum Regis, laceri crudeliter ora, 6.æ.
Ora, manusq; ambas, traiectaq; pectora ferro; 1.æ.
2.æ. Hinc exaudiri voces, & verba vocantis:
4.æ. Ipse Deus tibi me claro demittit Olympo,
4.æ. Ipse hæc ferre iubet, monimentũ, & pignus amoris; 5.æ.
5.æ. Hic pietatis honos; te nunc habet iste secundum: 2.ecl.
2.ecl. O fortunatum, tu nunc eris alter ab illo: 5.ecl.
2.æ. Nec plura effatus. Ille os, oculosq; loquentis 8.æ.
Iàmdudùm, & totum lustrabat lumine corpus
9.æ. CONFIXI; tacitum pertentant gaudia pectus: 1.æ.
4.G. Hoc visum nulli manifesto in lumine uidit. 7.æ.
8.æ. Ecce autem subitum, atq; oculis mirabile monstrũ,
1.æ. Dùm stupet, obtutuq; hæret defixus in uno,
5.æ. In vacuo lætum cœlo speculatus, & alis
Plaudentem, infixum stidet sub pectore uulnus, 4.æ.
2.G. Ferrea perq; pedes traiectus lora tumentes 2.æ.
2.æ. Apparet; duplices tendat si ad sidera palmas 2.æ.
2.æ. Ecce cauæ tepido sudant humore lacunæ 2.G.
2.æ. Impauidus ille admirans venerabile donum
2.æ. Talia perstabat memorans, FIXVS que manebat;
12.æ. Hoc erat, hoc, inquit, votis quod sæpè petiui
4.æ. Iuppiter: Haud equidem tali me dignor honore: 1.æ.
2.æ. Hæc loquitur: factumq; diù celauit, & æger. 1.æ.
3.G. His animaduersis instat sub tempus, & omnes
Impendit curas, intentis omnibus, vnus, 2.æ.
7.æ. SIGNA que ferre iuuat, premit altũ corde dolorem. 1.æ.
2.æ. Ergò aderat promissa dies, & tempora Parcæ

Debita

Digitized by Google

Debita complerant, lætus sociosq; reductos 5.æ.
11. æ. Alloquitur, cœliq; vias, & sydera monstrat, 2. G.
2.æ. Et votis, precibusq; iubet exposcere pacem, 3. æ.
6. æ. Lustrauitq; viros, dixitq; nouissima uerba:
1. æ. O Socij, extremũ, fato quo uos alloquor, hoc est: 6. æ.
6.æ. Illustres animæ, nostrumq; in nomen ituræ,
6. æ. Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos,
9.æ. Et sperate Deum memorem fandi, atq; nefandi; 1.æ.
1.æ. Per uarios casus, per tot discrimina rerum
1.æ. Durate, & vosmet rebus seruate secundis.
xj.æ. Illum expirantem Socij certamine summo 5. æ.
4.G. Circùmstant fremitu denso, stipantq; frequentes,
2.æ. Orantes veniam, proiecti corpore terræ. xj. æ.
9.æ. Paulatim exoluit se corpore, lentaq; colla
Et captum letho ponit caput omine magno. 7. æ.
x.æ. Panditur interea domus omnipotentis Olympi,
x.æ. Tùm pater omnipotẽs, rerum cui summa potestas,
6. æ. Æthereum sensum, aurai simplicis ignem
1. æ. Suscæpit, cœliq; libens in parte locauit: 11. æ
xj.æ. Concurrunt trepidi Comites, decorantq; sepulchro 9. æ.
1.æ. Os, humerosq; Deo similem, manibusq; parenti; 12. æ
xj.æ. Corpus humo liquidum ambrosiæ diffudit odorẽ. 4. G
8.æ. Ex illo celebratus honos, lætiq; MINORES
Seruauere diem tot iam labentibus annis. 2. æ
8. æ. Salue uera Iouis proles, decus addite Diuis,
5. æ. Salue Sancte pater, sequimur te Sancte Deorum, 4. æ
1. æ. Ad te confugio, & supplex tua numina posco,
2. G. Huc pater ò rebusq; veni non asper egenis: 8. æ
8.æ. Semper honore meo, semper celebrabere donis.

Testor,

Digitized by Google

4. æ. Teſtor, care, Deos, & te, Germane, POLAMque, 12. æ.
12. æ. AMBROSI (nam te voluit rex magnus Olympi. 5. æ.
Talibus auſpicijs exortem ducere vitam) 2. æ.
12. æ. Victus amore tui, cognato ſanguine uictus,
2. ecl. Canto hæc ipſa: quidem ſpacijs diſcluſus iniquis: 4. G.
2. æ. Me ſi fata meis uoluiſſent ducere uitam 5. æ.
7. æ. Auſpicijs, ipſo hic tecum conſumerer æuo: x. ecl.
x. ecl. Atque utinam ex ueſtris unus, ueſtrique fuiſſem
Aut cuſtos gregis, aut cuſtos perpauperis horti: 3. ecl.
1. æ. Dis aliter uiſum, Superis auerſa uoluntas: 12. æ.
12. æ. Quò Deus, & quò dura uocat fortuna, ſequamur:
5. æ. Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferẽdo eſt
5. æ. Intereà fer ritè preces, iramq; minaſque
5. æ. Supplicibus ſupera uotis mihi, numina, Diuum. 2. æ.

X.

Adorabo ad Tẽplũ ſanctũ tuũ in timore tuo. Pſ. V.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google